PASSIONALE

Österreich, 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26418
Copyright: Admont, Benediktinerstift

IN DIEBVS. illis Regnante maximiano imperatore impiissimo in ciuitate mediolanensium facta est ingens persecutio xpianorum. Et erat uir quidam nomine firmus ciuis bergamatis. et hic erat nobilis et notissimus imperatori. et substantia eius copiosa. Hic uero in orationibus et ieiuniis die noctuque dominum deprecabatur. distribuens cottidie pauperibus substantiam suam. et eos hospicio recipiebat qui persecutionem paciebantur. Et nunciatum est imperatori a dicentibus. Piissime imperator firmus esse fertur esse xpianus. et deos nostros blasphemat demonia eos uocans. Imperator hec audiens. misit questorem suum cum militibus suis. ut apprehenderent eum. Cum autem peruenissent ad locum quo missi fuerant. inuenerunt eum sedentem in uiridario suo. et legebat ubi dominus in euangelio dicebat. Si quis reliquerit domum. aut uxorem. aut agros. aut filios aut parentes propter nomen meum. centuplum accipiet. et uitam eternam possidebit. Milites autem qui uenerant audientes eum legentem hec intrauerunt in uiridarium eius et tenuerunt eum. et iniuriantes eduxerunt eum. et uinculis alligatum ducebant ad mediolanensium